



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

Caput II. De Romano martyre.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

CAPUT II.

De Romano martyre.

Sed & commemoratione digna sunt in primis, quæ circa Romanum martyrem eodem die Antiochiæ gesta sunt. Hic enim genere Palestinus, Cesarientis Ecclesiæ Diaconus & Exorcista: eo ipso temporis articulo quo Ecclesiæ destruebantur Antiochiam ingressus: cum innumerabiles viros simul ac mulieres unâ cum parvulis templa Deorum confertim adeuntes & sacrificantes vidisset, spectaculum id minimè tolerandum ratus, zelo divini cultus ipsum incitante propius accessit, & contenta voce in clamans obiurgare eos cœpit. Ob cuius facinoris audaciam illico comprehensus, generoso, si quis unquam alius, martyrio decoratus est. Nam cum Iudex cum ignis supplicio addixisset, ille hilari vultu & admodum alacri animo sententiam excipiens, ad supplicium est abductus. Deinde alligatus ad stipitem, congestis undique lignis ac sarmentis, cum ministri qui rogam accensuri erant, Imperatoris tum fortè præsentis iudicium expectarent: Ubinam, inquit, mihi ignis? Quibus dictis accitus coram Imperatore sistitur, novo quodam supplicii genere plectendus, linguæ scilicet abscissione. Quod quidem supplicium cum fortissimè pertulisset, re ipsa omnibus declaravit: iis qui quemlibet cruciatum pro pietate sustinent, semper præsto adesse divinam virtutem, quæ & dolores eorum imminuat, & animos ipsorum cõfirmet. Comperta igitur novitate supplicii nequaquam contreritus vir fortissimus, ultro protendit linguam, promptissimè eam defecandam carnificibus præbens. Post quod supplicium contrulussin carcerem, ac diutissimè ibidem maceratus, tandem cum Imperatoris vicennalia jam adessent, & ex solempni more universis qui in custodia tenebantur indulgentia publicè per præconem annuntiata esset, solus ad quatuor usq; puncta distentos habes pedes; in ipso jacens nervo, fractis laqueo faucibus, martyrio sicut optaverat exornatus est. Et hic quidem utpote Palestinus, inter Palestinenses martyres recenseretur, tametsi extra patriam passus sit. Hæc primo persecutionis anno in hunc modum gesta sunt, cum adversus solos Ecclesiarum Præsides persecutorum inmanitas defæviret.

Μνήμης δ' ἄξια τυγχάνει καὶ τὰ περὶ τοῦ Ῥωμαίου Ἀντιόχειας ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας διολεσθέντος Παλαιστίνου καὶ ἐξορίστου, οὗ τὸ ὄνομα ἦν Ῥωμανὸς, ὁ καὶ ἐπορκιστὴς τῆς ἐν Καισαρείᾳ πόλεως, ὁ καὶ τῶν ἐκκλησιῶν καθαρῶς ῥυθμιζόμενος, πλείους ἀνδράς ἀμαρτωλοὺς τε καὶ σαρκῶν τοῖς εἰδώλοις προσκυνῶντας ἐκείνων ἀνύποιον ἡγήσασθαι θεῶν, ἡλὼν θεοσεβείας πρὸς αὐτοὺς. καὶ μεγάλη Φωνὴ κεκραγὼς ἐπιπληθεῖ αὐτοῦ τῆς τόλμης ἐνεκὸν συλληφθεὶς, ἡρωικῶς εἰ καὶ πρὸς ἀλλοτρίαν ἀποδόξιν μαρτυρῶν θεῶν, ἀποφθναμένη καὶ αὐτὸς τὸν θάνατον τῆς δικαστικῆς Φαιδρᾶς ὡς καὶ διαδέσσειν μάλα πρὸς θυμὸν αὐτοῦ τῆς φασὶν ἀπασσῶς καλεσθῆναι, ἀπαγγέλλεται τῷ ἱερωῶς πρὸς δέεται. τῆς τε ὕλης τοῦ φορημένου ἐπ' αὐτοῦ καὶ τῶν μελλόντων ἰσχυρῶς τὴν πυρρὰν, τῆς βασιλέως ἐπιπαροῦσας κρίσιν ἐκδεχομένων, πρὸς τοὺς πρὸς αὐτὰ λέγων, ἀνάκλητος πρὸς βασιλέα γινεται. καινότερα ὑποβλήθησόμενος καὶ σὺ τῆς γλώττης ἢς ἀποκοπὴν ἀνδρείως ἀπαρτύνεις, ἔρρις ἀπασιν ὑπέδειξεν. ὅπου δὲ δυνάμεις τοῖς ὀπίσθω χαλεποὶ ὑπὲρ σεβείας ὑπομένουσιν ἐπελαφρίζουσα τῶν νεῶν, καὶ τὴν πρὸς θυμὸν ἐπὶ ῥωμὴν παρῶνται. μαθὼν γὰρ τὴν νεκρῶν τὴν καλὰ μὴ καλαπλάγεις ὁ ἡρώδης, ἀσμένως ἐλάττω τὴν γλῶτταν, πρὸς θυμὸν αὐτοῦ παρέχων αὐτὴν τοῖς ἀποτέμνεσθαι. μετὰ τὴν μωρίαν εἰς δεσμὰ βληθεὶς, πλείους τῶν ἀποπονηθεὶς χρόνον, τέλει τῆς δευτέρας εἰκοσίου ἡμερῶν ἐπιστάσης, καὶ νομιζομένου δ' ὡρεῖται ἐν τοῖς δεσμοῖς παναχρὴ πάντων ἐλδοῦν ἀνακηρυχθεὶς, μόνος ὑπὸ πέντε καὶ ἑκατὸν ἀμφωτῶ πόδε διαλαθεὶς, ἐν αὐτῷ καμῶν τῷ ξύλῳ, βρόχῳ ὑποβλήθη, ὡς καὶ ἐκ τῆς μαρτυρίας κατεκοσμήθη. ἀλλ' ἔτις γὰρ εἰς ὑπερείδου, ὅμως Παλαιστίνου, ἐν Παλαιστοῖς ἄξιον ἀνείη μαρτυρίαν δεξιμείωνται. μὲν εἰς πρῶτον τὸν ἀπέπελεσθαι τὸν σῶμα καὶ μόνων τῶν ἐκκλησιῶν πρὸς ἐξέδωκον ἐπὶ μέν τ' ἐδιωγμῶ.

CAP. III.